Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

no debet. ex. de preben. ma-
ioribus et ex. de eta. Queritur
si de simpliciter quod minores
volentes ordinari minoribus
ordinari volentibus preferan-
tur. ergo et in prebendarum
perceptione. ar. ex. de prescri.
¶ Ra. ideo est constitutio ge-
neralis. ut declaratur. ex.
de consti. c. fi. ergo in ec-
clesia sive sint ibi quotidi-
ane distributiones sive non
habet locum et credit host.
hoc verum ut clerici rec-
dentur ad percipiendum or-
dines prerogative antiqui-
tatis in perceptione preben-
darum preferantur. Preferatur
etiam quis secundum host.
ratione ordinantis in percep-
tione beneficii. Ra. scilicet
receptus sit auctoritate pape
preferetur aliqui recepto le-
gati vel epi vel capituli
qui habent causam a maio-
ri ar. xii q. Rationis nesci-
at. ¶ Circa tertium sciendum
quod intendimus ad presens po-
tissime de preeminentia que
attenditur ratione iurisdictionis
unde secundum quod iurisdictio
ascendit et descendit sic
et hec dignitas sive preemi-
nentia est maior et mi-
nor. papa enim superior est
omnibus. 9. q. 3. principa-
lem et c. sequenti ¶ Deinde
legatus quo ad provinciam
sibi commissam quia gerit
vicem pape ¶ Deinde primas

sive patriarcha qui est archi-
episcoporum iudex et episcoporum suf-
fraganeorum suorum ¶ Deinde
archiepiscopus qui est iudex
suorum suffraganeorum et cle-
ricorum sue diocesis ¶ Deinde
enim est episcopus iudex abbatum
archidiaconorum prepositorum et cle-
ricorum sue diocesis ¶ Postre-
mo archidiaconus qui est
iudex archipresbyterorum. Archi-
presbyter presbyterorum parrochialium. Et
hec circa gradum pertinet
ad conservationem et decorem
ecclesie qui consistit in quodam
ordine. Sicut enim membro-
rum varietas per diversa
officia et robur corporis
servat et pulchritudinem
representat. Ita persona-
rum varietas per diversa
officia inclusive distributa
et fortitudinem et venusta-
tem ecclesie manifestat. et
quia iurisdictio super alios
dominium importat ratione
huius possunt hic apta de
dominio sive presidentia
queri ¶ Utrum potestas pre-
sidendi sit a deo Respondeo
quod sic. Ro. xiii non est po-
testas nisi a deo Distinguen-
dum tamen secundum Bon. et
Rich. quod in hac potestate est
considerare tria Primum est es-
sentia eius que est quidam
ordo superioris ad inferio-
rem et hec est simpliciter
bona et est a deo. huic enim
ordini instituit deus ad.